1489 30/V

Kazimirus rex Poloniae

Civibus de Wieliczka quasdam libertates confert

Kazimirus: Dei gracia Rex Polonie Magnus dux Lithwanie Russie Prussie ac dominus et heres etc. Significamus tenore presencium
universis quibus expedit presentibus et futuris presencium noticiam habituris Quia cum inter providos Vadorum nostrorum Osswyanczimien
ab una et Vyeliczen ab altera partibus Consules et eorum communitates orta fuisset controversia pro depositorio salis in Osswyanczym
ad quod opidani Vyeliczen ex antiquo sal vehere et advectum vendere consueverunt Nos itaque audita ipsorum controversia et
visis utriusque partis privilegiis Invenimus et decrevimus cum consiliariis nostris nobiscum tunc agentibus quod opidani Vyeliczen
ad predictum depositorium salis Osswyanczimien sal vehentes debent ibidem predictum sal advectum per tres dies immediate se
sequentes videlicet tercia quarta et quinta feriis intraneis et extraneis hominibus vendere Et si quid superfuerit quod per
predictos tres dies vendere non possent id in allodio sive in depositorio salis deponere debent aliis fori diebus post sequentibus
vendendum et in usus suos beneplacitos convertendum Modo tamen infrascripto quod scilicet predicti Opidani Vyeliczen a quolibet
banco Osswyanczimien ibidem advecto Consulibus Osswyanczimien [illegible] per unum grossum polonicalem A Cracovien vero banco
per medium grossum simile polonicalem Et a fortali qui superius expressis minor existit per sex denarios in perpetuum solvere
tenebuntur et pro [illegible] Item si quod absit aliquod dampnum per ignis exustionem [illegible] inferretur Ita quod et
Allodium depositorii predicti eciam igne absumeretur Tunc Consules Osswyanczimien predicti allodii medium et Vyeliczen medium
edificare tenebuntur Medietas autem Osswyanczimien erit ad octum salis Vyeliczen vero ad [illegible] Item pontem in fluvio
Volossyenka nuncupato Consules Vyeliczien quociens opus fuerit Osswyanczimien vero in fluvio Sola nuncupato alium
pontem simile quociens opus fuerit edificare tenebuntur Que omnia superius expressa utraque pars coram nobis presens
se tenere suscepit et obligavit Suscipit quoque et obligat prout patet in perpetuum In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus
est appensum Actum Cracovie Sabbato infra octavas Ascensionis domini Anno eiusdem millesimo quadringentesimo octogesimo nono
Presentibus Illustrissimo principe et Reverendissimo domino ffriderico electo Confirmato Cracovien filio nostro Necnon Magnificis et Generosis
Jacobo de Dambno Castellano et Capitaneo Cracovien Raphaele de Jaroslaw Castellano et Capitaneo Sandomirien Regni nostri Marsalco
Petro de Curozwanky Thezaurario Regni nostri Petro Kmytha de Wyssnycze Sepusien Stanislao Pyenyazek de Wythowycze Sandecien
et Raphaele de Lesczno Lancicien Capitaneis et aliis pluribus fidedignis testibus Datum per manus venerabilis Gregorii
de Lubrancz Skarbimirien et Sancti fflorjani in Cleparz prepositi Regni nostri vicecancellarii

B Vicecancellarius

Relacio eiusdem venerabilis Gregorii de
Lubrancz R. p. vicecancellarii

1566 die 15 Junij

Oblata et connotata [illegible] Regni generalis Lublinen[sis] [illegible] intercessit [illegible] 1580

~~No~~

Ao 1565

1565

Dekret Wieliczan z [illegible]mianami

N 32

N 33 Pisan

Decret z [illegible] Wieliczan [illegible]

89

1510

R. [illegible]